

In benedictione Sanctissimi Sacramenti

COMMEMORATIO B. M. V.

AB ADVENTU AD NATIVITATEM DOMINI

V. Angelus Dómini nuntiávit Mariáe.

R. Et concépit de Spíritu Sancto.

Oratio

GRATIAM tuam, quæsumus, Dómine, méntibus nostris infúnde : † ut qui, Angelo nuntiánte, Christi Fílii incarnationem cognóvimus, * per passiónem ejus et crucem ad resurrectionis glóriam perducámur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

A NATIVITATE DOMINI AD PURIFICATIONEM

V. Post partum, Virgo, invioláta permansísti.

R. Dei Génitrix, intercède pro nobis.

Oratio

DEUS, qui salutis æternæ, beátæ Mariáe virginitate fecúnda, humano géneri præmia præstitísti † tríbue, quæsumus ; ut ipsam pro nobis intercédere sentíamus, * per quam meruimus auctórem vitæ suscipere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. R. Amen.

A PURIFICATIONE AD F. IV MAIORIS HEBDOMADAE

V. Dignáre me laudáre te Virgo sacráta.

R. Da mihi virtútem cóntra hóstes tuos.

Oratio

CONCEDE, miséricors Deus, fragilitati nostræ præsidium : † ut qui sanctæ Dei Genitricis memóriam ágimus, * intercessiónis ejus auxílio a nostris iniquitatibus resurgámus. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

A DOMINICA PASCHALIS AD PENTECOSTEM

V. Gaude et lætare, Virgo Mariá, allelúia.

R. Quia surréxit Dóminus vere, allelúia.

Oratio

DEUS, qui per resurrectionem Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi mundum lætificáre dignátus es : † præsta, quæsumus, ut per ejus Genitricem Virgínam Mariám * perpétuæ capiámus gáudia vitæ. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

A DOMINICA SSMI. TRINITATE AD ADVENTUM

V. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.

R. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Oratio

CONCEDE nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudere : † et gloriósa beátæ Mariáe semper Virgínis intercessióne, * a præsentí liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

PRO PAPA

V. Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ.

R. Et super filium hóminis quem confirmásti tibi.

Oratio

DEUS, ómnium fidélium pastor et rector famulum tuum **N.** quem Pastórem Ecclésiæ tuæ præesse voluísti, propítius respice : † da ei, quæsumus, verbo et exémplo quibus præest próficere ; * ut ad vitam, una cum grege sibi crédito, pervéniat sempitérnam. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

IN BENEDICTIONE SS. SACRAMENTI

V. Panem de cælo præstitísti eis.

R. Omne delectaméntum in se habéntem.

Oratio

DEUS, qui nobis sub Sacraménto mirábili Passiónis tuæ memóriam reliquísti : † tríbue, quæsumus ; ita nos Córporis et Sánguinis tui sacra mystéria venerári, * ut redemptionis tuæ fructum in nobis júgiter sentíamus. Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. R. Amen.

LOUANGES DIVINES EN REPARATION DES BLASPHEMES

Dieu soit béni,
Béni soit son saint Nom,
Béni soit Jésus-Christ, vrai Dieu et vrai homme,
Béni soit le Nom de Jésus,
Béni soit son Sacré Cœur,
Béni soit son Précieux Sang,
Béni soit Jésus-Christ au très Saint Sacrement de l'autel,
Béni soit l'Esprit Saint Consolateur,
Béni soit l'auguste Mère de Dieu, la très sainte Vierge Marie,
Béni soit sa sainte et immaculée Conception,
Béni soit sa glorieuse Assomption,
Béni soit le nom de Marie, Vierge et Mère,
Béni soit saint Joseph, son très chaste époux,
Béni soit Dieu dans ses anges et dans ses saints.

Mon Dieu, donnez-nous des prêtres.

Mon Dieu, donnez-nous de saints prêtres.

Mon Dieu, donnez-nous beaucoup de saints prêtres.